

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Brevis Instructio De Moneta Rotata

Neller, Georg Christoph

[Trier], [MDCCLX?]

VD18 10148582

Parerga.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16290



P A R E R G A.
 E X J U R E G E N T I U M.
 T E X T U S.

*Inde mutuuum appellatum est, quia ita à me tibi datur, ut ex meo
 tuum fiat. Princ. Instit. Quib. mod. re contrah. obl.*

*Crisis. Illud, quod mutuuum mihi danti debet restitui, manet meum:
 quod restitui mihi non debet, fit tuum.*

*Explico. Materiale mutui, sive corpora, quidem transeunt in domi-
 nium mutuatarii; quantitatis autem, sive ejus, quod est for-
 male hujus obligationis, dominium remanet penes me, qui
 mutuuum dedi.*

E X J U R E C A N O N I C O.
 A D L I B. I I I. T I T. X X V.

- I. *Clerici sunt veri domini reddituum beneficalium, sibi traditorum.*
- II. *Superfluitas non est modus, auferendi eis hoc dominium.*
- III. *Non ex lege justitiæ, sed folius charitatis, tenentur ex superfluis
 facere eleemosynas;*
- IV. *Largiores tamen, quàm laici.*

A D T I T. X X V I.

*Cap. 10. b. t. malè restringitur passim ad terras, summo Pontifici
 temporaliter subjectas.*



AD TIT. XXVII.

Clericis non esse successum in bonis ab Ecclesiâ profectis, erat superinductum jus medii ævi, meritò à Wernero Archiep. Trevir. sublatam; cùm esset valdè iniquum, jus spoli Episcopale, vel Collegium, præferri sanguini.

AD TIT. XXVIII.

Non obstante cap. 13. h. t., Ecclesia nemini, præterquam Patrono, & Rectori suo, tenetur gratis concedere sepulturam intra muros suos.

AD TIT. XXIX.

- I. *Parochianum in ordine ad suscipienda Sacramenta, etiam ipsius matrimonii, facit quasi-domicilium;*
- II. *Ast, in ordine ad consultinenda onera fabricarum requiritur jus communitatis, aut saltem incolatûs:*
- III. *Non igitur contribuunt famuli fabricenses, licet uxorati, qui e. g. commorantur in officinis ferri, vel minerarum, nisi appareat de fixatione laris.*

AD TIT. XXX.

- I. *Etiam in N. L. decimæ sunt juris divini, prout contraposti juri canonico.*
- II. *Non tantùm, quatenùs sustentari debet parochus, sed etiam*
- III. *Quatenùs in recognitionem divini domini Deo solvenda est fructuum prædialium pars præcisè decima.*

CASUS

CASUS CANONICUS.

*Sede Papali vacante moritur Germanus Canonicus mense Januario.
Q. Quis conferet? R. Collator ordinarius.*

EX JURE CIVILI.

AD LIB. I. COD. TIT. XIX.

- I. *Princeps potest aliquando in gravamen creditorum dare moratorium debitori;*
- II. *Non tamen ultra 30. annos, nec sine justâ causâ, & fidejussione.*

AD TIT. XX.

Utroque jure non solum perpetuantur annales actiones per oblationem precum, & ad eas rescriptionem; sed & ipsa rescripta justitiæ perpetua sunt, non obstante cap. 9. & 23. x. de rescript.


AD TIT. XXI.

Ultrâ expressa hic in l. 2. potest pendente lite impetrari interpretatio authentica privilegii, proprii, vel alieni; item privilegium differens, non perimens exactionem: imò de jure canonico etiam perimens, factâ litis-pendentiae mentione, Arg. cap. ult. x. ut lit. pend.

AD TIT. XXII.

Relictâ l. 2. h. t., jus canonicum in cap. 20. de rescript. secutum est legem 5. b. t, quæ mendaci precatori judicem non dat, ne-

D



quidem ad cognoscendum saltem secundum rei veritatem in principali.

AD TIT. XXIII.

Ex l. 1. b. t. non eruitur, quod rescriptum justitiæ, in causâ communi impetratum, absque mandato proficit consorti, ad cujus personam non est in parte dispositivâ directum.

AD TIT. XXIV.

Profanis statuis Principum, insignium Philosophorum, legum inventorum &c. nullam cultus speciem deferri debere, satis evincitur ex l. 2. b. t.

AD TIT. XXV.

In l. un. b. t., & consonantibus non invenitur asylum contra perfectionem delinquentium publicam.

CASUS CIVILIS.

Famula recepta est ad annum erga victum, & mercedem: post mensem fit paralytica, nec toto amplius anno famulari potest. Q. An debeatur ei nihilominus victus, & merces? R. Non debetur.

EX JURE PUBLICO S. R. I.

Preces Cæsareæ, quæ diriguntur ad Capitula, afficiunt duntaxat illos Canonicatus, qui sunt de turno Capituli, non, qui pertinent ad alios, e. g. Generale studium.



EX JURE FEUDALI.

Sine consensu vasalli Dominus directus constituere nequit, ut deinceps, sublati consuetudinibus, soli juri Longobardico sit locus in sua Curia.

EX JURE CRIMINALI.

Ebrietas à parte rei plena est difficilis probationis: juridicè sufficiunt illa probandi media, quæ DD. medico-legales suggerunt, & ex quibus colligitur, quòd delinquens egerit ut brutum, vel ut infans. Et circa hoc plus auscultandi sunt Professores medicinæ, quàm Jurium.

EX JURE TREVIRENSI.

In tit. 3. §. 2. der Lands-Ordnung florenus rotatus non sumitur pro 4., sed pro 2. capitonibus.

HISTORICUM.

Joannes XXII. decidit, non posse usum facti separari ab usu juris. Quid tum? Idem verò Joannes neutiquam desinivit sententiam, quam tenuit, animas ante extremum judicium nondum videre Deum intuitivè.

J. O. H. D.

EX JURIS FUDALII

EX JURIS CRIMINALI

EX JURIS TRIVIALI

HISTORICUM

J. O. H. D.

